



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

IV. Markgraf Otto verbietet, daß zu Frankfurt Tuchmacher selbstgemachte
Tuche zum Verkauf ausschneiden, (den 17. Juni 1267?)

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](#)

IV. Markgraf Otto verbietet, daß zu Frankfurt Tuchmächer selbstgemachte Tüche zum Verkauf ausschneiden, (den 17. Juni 1267?)

Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio, viris prouidis et discretis Scuteto Consulibusque ciuitatis vrankenuorde salutem et gracie sue plenum affectum. Nostris auribus quorundam relatione veridicorum esse dinoscitur intimatum, quod quidam vestrorum conciumum pannum, quem manibus et sumptibus propriis faciunt et contextunt, incidere et ad vlnam vendere secundum aliorum nostrorum ciuium consuetudinem machinantur, Quare vestre fidelitatis constancie precipimus seriosius iniungentes, quatenus talibus nostri ex parte districcius iniungatis, vt a talibus cesserent de cetero penitus dimittendo, Nostro eciam nomine vulgariter edicentes, quod hii seu tales, qui pannos faciunt, incidere nunquam debent, et e conuerso, qui pannos incident factores non debent esse vllatenus corundem. Huius eciam mandati nostri contradictores nostre prefencie conspectibus transmittatis, Cum quibus id personaliter contractabimus oraculo viue vocis. Datum Spandow, feria Secunda post dominicam Sancte Trinitatis.

Nach dem Orig. des Stadtarchivs VIII, 2, 25.

III. mit 30. 11. Jahrhundert aufwärts ist mit monatlichen Abständen die folgende

V. Die Markgrafen Otto und Conrad belehnen den Schulzen zu Frankfurt und einen Andern mit dem Dorfe Malisch, am 19. November 1287.

In nomine divino, amen. Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses — omnibus hanc litteram cernentibus salutem in perpetuum etc. — Honorabilibus viris Scultheto In Frankenvorde, Nec non Lefvardo, villam nostram dictam Maliz Cum suis Metis ac distinctionibus, quas ab antiquo habuit, et cum viuieris suis Attinenciis, cum filvis, aquis, fluminibus, cum pratis, pascuis, utpote eam posseimus, In vero ac iusto feudo Contulimus, liberam a precaria, illa videlicet precaria, Quam mercatores de bonis suis sive de Choris suis dare actenus consueuerunt, liberam quoque a servicio, quod burgdeneſt In Teutunico nominamus. Veruntamen incole ejusdem ville facient de communis terre precaria quidquid alii facient terre nostre rusticis nec id immutabitur vlo modo. Adientes nichilominus quod eandem villam pluribus personis conferre debemus, quam premissis duobus, si per ipos fuerimus requisiiti, possidebunt itaque dictam villam a nobis perpetuis temporibus pacifice ac quiete iusto tylulo feudal. Ad huius rei euidentiam pleniorem presentes fieri iussimus ac sigillorum nostrorum munimine roborari — —. Testes huius rei sunt Dominus Jo. de Oldenvlet, Otto, pincerna de Ellinge, Godeco de Grifenberg, Anselmus de Blankenburg et alii — —. Actum et Datum Vitemanstorpe, Anno domini M° CC° LXXX° VII°, XIII° kalendis Decembris.

Nach dem Orig. des Stadtarchivs VIII, 2, 28.